



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

§. I. An iniuria illata Clerico, siue alijs personis Ecclesiasticis sit mixti fori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

C A P. XIII.

De Iniurijs.

S. I.

An iniuria illata Clerico, siue alijs personis Ecclesiasticis sit mixti fori.

- 1 **R**esp. affirmatiue, siue de ea agatur ciuilitur, siue criminaliter *Guid. Pap. dec. 562. vbi dicit, quod ita seruatur Ricc. in Collect. decis. 138. p. 1. & dec. 2303. p. 6. vbi citat Vin. dec. 27. Ann. all. 146. Enanc. dec. 597. Marcell. Vulp. in Prax. iudic. cap. 27. per tot. vbi etiam asserit, quod ex officio potest procedi contra iniuriantem, personas ecclesiasticas.*
- 2 Hinc fit, vt clericus tam pro sua, quam suorum iniuria absque irregularitatis metu agere possit coram Iudice seculari etiam criminaliter, preuia tamen protestatione, quod ad penam sanguinis non intendit, etiam si pro certo sciat, Iudicem ad penam sanguinis processurum *Grass. p. 1. lib. 2. cap. 62. num. 32. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 247. & in Collect. decis. 618. p. 3. vbi addit, quod hec protestatio reddit accusatorem immunem, etiam si accusator habeat animum protestationi contrarium: hoc tamen procedit in foro fori: non autem in foro conscientie & ideo tunc esset irregularis, licet occultus, quia ius non requirit protestationem mendacem, & fraudolentam, vt dicit Nau. in Man.*

cap. 27. num. 226. Grass. loco citato num. 41.

- 3 Obserua tamen, quod quando agitur ciuilitur ad astimationem iniuriam, non potest offensus postea agere criminaliter, vt *decisum refert Ricc. in Collect. de iur. 138. par. 1. vbi etiam dicit, quod cessat actio iniuriarum, si quis propria auctoritate vendicauerit iniuriam sibi illatam, etiam si fuerit primo prouocatus.*
- 4 Obserua 2. quod iniuria vni facta toti familiae, totique agnationi facta ceterum ita, vt cuilibet actio competat *Bart. & alij in l. lex cornelia ff. de Iniur. agere tamen ad priuatum suum commodum, vt sibi pena, vel quid aliud applicetur, competit tantum principali offenso, eique, qui habet offensum in sua potestate, vt Patri respectu filij, vel marito respectu vxoris* *Surd. dec. 89. num. 11. Ricc. in Collect. dec. 138. par. 1. & dec. 3777. par. 8.*
- 5 An vero illata iniuria vni de collegio, vel vniuersitate possit agere vniuersitas, vel collegium nomine proprio? Resp. affirmative, si contumelia, vel iniuria respiciat vniuersitatem *Guid. Pap. dec. 463. nu. 2.*
- 6 Obserua 3. quod iniuria fit tam voce, quam scriptis, tam agendo, seu accusando, quam excipiendo: utroque enim modo fama & existimatio proximi laeditur: & ideo qui crimen alteri opposuit, & illud non probauit, actione iniuriarum tenetur *Ricc. in Collect. decis. 3777. par. 8. vbi citat Surd. dec. 89. n. 2. Magon. dec. Flor. 251. n. 2. & 7.*

S. II.